



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De Auaritia, ἀσοφγία, perfidia & ingratitude Laban.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

CAPVT
XXXI.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. De Auaritia, & soporia perfidia
& ingratitude Laban.
- II. De furto Rachel, seu de operi-
bus liberi Spiritus.
- III. De miranda defensione pio-
rum, quos subito mutata uel
impedita hostium uoluntate,
Deus tuetur, ut hoc loco, cor
Labani, & postea uolunta-
tem Esau flectit, ne nocere
Iacobo possint.
- IIII. De Iuramentis & Fœderibus.
- V. Galaad aceruus testimonij est
imago sacræ scripturæ.

I.

De Auaritia Laban.

e 1. Timoth. 6.

1 Tim. 6. dicitur, Omnium malorum radix auaritia. Et Colof. 3. Pleonexia est Idolatria. Nam Auarus foeda & immani fame opum impelluntur, ut abiecerint fiduciam in Deū, et philostorgia erga liberos & amicos cum defraudatione sui & aliorum, quacumque ratione seu honesta seu inhonesta pecuniam conueniant, & in ea omnem fiduciam collocant, Sic Laban opibus inhians, Deum & omnia honesta officia foedisimè uiolat, est sordidè tenax & impius, ac uisus uos erga filias, ingratus erga Iacob de se optinuit meritum, perfidus & periurus, toties mutans pretium de mercede. Tam foedi & detestabilis uisus imago, quæ in hoc capite proponitur, dehortat nos ab auaritia, quæ cum fiducia in Deum collocanda, cum iusticia, cum liberalitate & beneficentia, cum gratitudine et alijs uirtutibus pugnat. Habent autem studiosi in conspectu usitata dicta, ut Cicero nis pro Quintio, Nullum est officium tam sanctum atq; solemne, quod non Auaritia comminuere ac uolare soleat. Et Publij in Mimis.

Auarus nisi cum moritur nil rectè facit.

In nullum auarus bonus, in se pessimus.

Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet.

Horatius.

Crescentem sequitur cura pecuniam, Maioribus
fames,

Multa petentibus, desunt multa, bene est, cui DEVS
obtulit

Parti

Parca, quod satis est manu. Item fabulas, de Tantalos
& Mida.

II.

DE FURTO

Rachel.

Omnia opera confessionis non simulate placent
Deo, & in genere mandata sunt in secundo prece-
pto, etiamsi in speciem interdum media seu non ne-
cessaria esse uidentur, Vt cum Miles ille quem Ter-
tullianus in libro de Corona Militis defendit, acce-
pturus à Tribuno donatiuum, in manu gestat Coro-
nam lauream, quæ à cæteris in capite gerebatur,
eoque ritu testatur se Christianum esse. Cum Irene fi-
lia Imperatoris Licimij statuas aureas in sacello pa-
tris destruit, Cum Laurentius resistit Decio Impe-
ratori auferentis ex ærario Ecclesiastico pecuniam,
quam sine peccato relinquere poterat. Talia uocan-
tur opera liberi & ardentis Spiritus, quæ Deo pla-
cent propter confessionem, quæ est anima talium
operum. Sic Rachel idola aurea patris secum aue-
hit, ut hoc ipso facto testetur, se improbare cultum
idolorum, & nolle ea à patre coli, Nec ipsa colit,
sed aurum in uaticum collatura est, quod iure ci-
uili & naturali à patre sordido ipsi debebatur.

V.

Galaad גלעד id est, tumulus testimonij, est Ty-
e a pus